



 EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
VII-
SIGNAT. 1810 CCXIII

271

LESSVS FVNEBRIS,
 QVEM
 VIRO
SVMME REVERENDO ET MAGNIFICO,
 DOMINO
IO. GEORGIO
NEVMANNO,
THEOL. DOCT. IN ACADEMIA
VITEMBERGENSI LONGE CELEBERRI-
MO, TEMPLIO O. SANCT. PRAEPOSITO,
CONSISTORII ECCLESIA ST. ASSESSORI,
BIBLIOTHECARIO, ET H. T. ORDINIS
THEOLOGICI DECANO
SPECTATISSIMO,
THEOLOGO SVMMO
AC MERITIS
IN
ACADEMIAM ET ECCLESIAM
INCOMPARABILI,
PRAECEPTORIAQUE HOSPITI SVO, POST
FATA ETIAM SYMMA ANIMI RELIGIONE
COLENDO VENERANDOQUE,
IPSO EXEQVIARVM DIE
XVII. KAL. OCTOBR.
A. cīc ī c c v I I I I.
MEMORIAE ET OBSERVANTIAE CAVSA
DEBVIT
M. CHRISTIANVS GVILELMVS
VOLLANDVS.
MVLHVS INVS.
VITEMBERGAE SAXONVM, PRELO MEYERIANO.



Axonicae nostrae decus immortale Sionis,
 Ordinis et sacri portio cara sui:
S Gloria diuini non inficianda LVTHERI
 Coetus, delicium, praesidiumque meum:
Theiologus summus, ueterique simillimus aevo,
 Viribus ingenii iudiciique potens:
NEVMANNVS, purae uera pietate uerendus
 Doctrinae uindex, maximus atque stator.
Ereptus nobis peracerbo funere, linquit
 Vitales auras, exanimisque iacet.
Vadit, et ingreditur caelum mens candida, rum-
 pens
 Mature sedis uincla molesta grauis.
Miscetur superis, ueluti Tithonia coniunx
 Ferre caput densis auricomum nebulis,
Puniceis inuecta rotis, primisque uenustam
 Mane comis lucem tum dare certa solet:
 Non

LESSVS
ERRIS

Non inhibere, licet quaerant, trans aethera uasta
Prae properos cursus uota precesque queunt.
Ecquis in hoc casu, Matrem qui concutit Almam,
Saxoniamque ferit, contineat gemitus?
Quis teneat lacrymas moestissimo ab ore flu-
entes,
Siue orto currant, siue cadente die?
Quis non effreni tundat sua pectora questu,
Nec doleat Coetus tristia fata sacri?
Amisit nuper doctorem Academia magnum
LOESCERVM, et summis conspicuum me-
ritis.
Non tamen his terris subductum uoce gemente
Conquerimur, uiuit splendidiore loco:
Cui DEVS omnipotens concedat Nestoris an-
nos,
Atque diu uita det meliore frui.
Hebdomas ab rursum uix quinta recurrit in or-
bem,
NEVMANNI infligens uulnera morte
noua.
Praecipi t rapitur fato, qui industrius usque
Inque domo fuerat Numinis, inque Schola.
Occubuit nostrum desideriumque decusque,
Et ductor sacris optimus in studiis.
Dignus,

Dignus, cui nostri luctus monimenta parentur;
Cui pietas aras exstruat usque sacras.
Ergo Viri tanti mortem quoque carmine nostro
Indictam fuerit praeteriisse nefas.
Sed quibus aut uerbis, aut qua merita inclyta
dicam

Voce? pii laudes ordiar unde Viri?
Prae lacrymis nequeo tot splendida dona re-
ferre

Digne: deficiunt mensque manusque mihi.
Interea ducam suspiria pectore ab imo,
Flebilibusque canam funera acerba modis.
Singultus inter, gemitus inter, lacrymasque
Dulce queat quisquam concinuisse melos?
Ite Elegi tristes, quemque inclemens faci
Nobis inuidit, contumulate pii.



Bang VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.
Funeralia K.-R.]

X285598A

VON
M 18



271

LESSVS FVNEBRIS,
QVEM
VIRO
SVMME REVERENDO ET MAGNIFICO,
DOMINO
IO. GEORGIO
NEVMANNO,
THEOL. DOCT. IN ACADEMIA
VITEMBERGENSI LONGE CELEBERRI-
MO, TEMPLIOO. SANCT. PRAEPOSITO,
CONSISTORII ECCLESIA ST. ASSESSORI,
BIBLIOTHECARIO, ET H. T. ORDINIS
THEOLOGICI DECANO
SPECTATISSIMO,
THEOLOGO SVMMO
AC MERITIS
IN
ACADEMIAM ET ECCLESIAM
INCOMPARABILI,
PRAECEPTORIAQUE HOSPITI SVO, POST
FATA ETIAM SVMMA ANIMI RELIGIONE
COLENDO VENERANDOQUE,
IPSO EXEQVIARVM DIE
XVII. KAL. OCTOBR.

A. cI3 I5 cc v IIII.

